

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De verbo mirifico

Reuchlin, Johannes

[Basel], nach 21. Apr. 1494

[de] Conradus Leontorius

[urn:nbn:de:bsz:31-272239](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-272239)

In laudem disertissimi atq; trium principalī linguarū peritissimi uiri Ioannis Reuchlin Phorcentis: librorūq; quos de Verbo Mirifico nuper edidit: cōmendaticia Conradi Leontorij Mulbrunnen. Epistola.

Conradus Leontorius: Iacobo Vinphelingo. S.P.

Q̄primum a te Moguntiacō discessi: statim in me ipso sum expertus uulgatum apud Gallos nostros puerbiū: Nusq; cum amico satis nec præsens: nec absens. Præsens enim cum essem: nō satis te pro nostra amicitia sum usus: qđ amatibus omnib; accidere solet: qui in digressu sentiunt se pleraq; omisisse: quæ se facturos aut dicturos animo destinauerāt. Sed quod omisi: refartient litterulæ: quarum cōmercio utinam sæpius tecū essem. Colloquebamur de libello clarorum uirorum domini Spanhemē. quem impressioni Basiliæ datū esse dicebas. Interrogauī de doctore Ioanne Reuchlin: esset ne insertus: qđ ipsum cum subdubitares: negaresq;: sum demiratus. Quem enim i omni genere doctrinæ hac tempestate clariorem existimare posses: si tibi penitus esset familiaris & notus: reperires neminē. Eū ergo non sine magna iniuria & iactura germani nominis præteribitis tuq; abbasq; tu. Est enim triū linguarū peritissim; interpres: Græcæ: Hebraicæ & Latinæ. Adde etiam si tuis Gallicæ: quā Aurelianus dū iuris studio nauaret operā perdidicit. Transtulit pleraq; oratiōes adolescens: quarum aliqua nisi fallor sūt Xenophontis in Socratis defensionē cōfictæ. Cōdidit carmina multa & iucunda: cōscripsit pleraq; epistolares disputationes: quas sententijs Græcorū etiā hebræorū referlit. Ut autem hebræorū secreta dogmata penetraret: multis annis enixissime laborauit: atq; ita omnē eorum bibliothecam euoluit: ut quem hebræorū sibi opponas: nō facile reperies. Hac ingenij & doctrinæ fœlicitate & ubertate inductus: ad scribendū dialogum se cōtulit: quem Capnion: seu de uerbo Mirifico inscripsit: quo nihil unq; uidi: nec facundi; nec mirabilius. In tris autem libros diuidit. Primus omnia secreta philosophiæ sub nomine Sidonij explicat. Secūd; Baruchiam iudæū omnia illa secreta nomia & portentifica & alia multa hebræorū enodantem confingit. Tertius Capnionē: fidem christianā ex præscriptis duobus approbantē & demonstrantē inducit: Vbi omnia uerba mirifica ad nomē Iesus ita applicat: ut illud ineffabile tetragramaton: iam effabile factum esse demonstret. Quē si legeris dialogum: affirmabis nullū: neq; philosophū: neq; iudæum: neq; christianū Ioanni Reuchlin iure præferri posse. Hunc talē non omnibus Italis opponere nobis fuerit perpetuus pudor. Quare mi Iacobe cum Augustam sim petiturus: & nesciam quo tempore Basiliā perueniā: uelim summa cura & diligētia scribas Ioanni Amorbachio impressori: ut in Catalogo: suum Ioanni Reuchlin Phorcent. locū assignet. Vale mi iucūdisime Iacobe lætus & fœlix. Spiræ. xj. Kal. Maias. M. cccc. xciiij.

Capnionis encomium

Argem. lib. de uo
mirifico